



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

20. Octobris. 13. Cal. Novemb.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

ebulliret. His nempe monilibus orna-  
 ri debueras, ut æternis amati ample-  
 xibus digna redderis. Tu hæc stigma-  
 ta non corpori sed cordi meo imprime: sint  
 illa cogitationum mearum frequens ma-  
 teria: & sicut in illis tota stat nostra salus,  
 ita sint animæ meæ solatium, maximè in  
 ultimo vitæ momento spes mea.

S. BERNARDUS, ser. 7. de XL.

Vivo ego, jam non ego, vivit verò in  
 me Christus. Ac si diceret: Ad alia  
 quidem omnia mortuus sum, non sen-  
 tio, non attendo, non curo: si quæ verò  
 sunt Christi, hæc vivum inveniunt &  
 paratum.

Verè  
 vivit,  
 in quo  
 Christ⁹  
 vivit.



20. Octobris. 13. Cal. Novemb.

B. JORDANE Monache Hemmen-Flornit  
 rodensis, qui præter continuam fe-  
 rè in ediam novo abstinentiæ genere 1218.  
 multos annos sinè omni potu vixisti.  
 Ne verò alii siti affligerentur, messis  
 tempore aquam insipidam precibus  
 tuis dulcem reddidisti. Nunquam sinè  
 fenore offertur Deo holocaustam morifi-  
 cationis; aut enim refundunt aliquod cor-  
 pori solatium, aut animam implent majori  
 abundantia gratiarum.

B. ELISABETH Monasterii B.  
 MARIÆ



*Nascē-  
ri assi-  
stunt  
Aposto-  
li.*

*Mira-  
culis  
claret.*

MARIÆ de Arouca Monialis, unā cum prodigiis in lucem mortalem edita. Nascenti enim Apostoli Simon & Judas visibiliter interfuere: à quibus procul dubio hausisti sublimem divini amoris ardorem, quo postmodum inter sacratas DEO Virgines frequentissimè rapta verè cœlestem in terra vitam duxisti. Sed & Apostolicam à Patronis tuis manum mutuasti, quæ solo contactu omnibus morborum ærumnis medebatur. Eadem virtus prodibat è tumulo, à quo supplex nullus sinè obtento favore recessit. *Nulla est requies, nulla felicitas, nisi in solo Dei amore. O si hæc flamma totum cor meum sibi vendicaret, ac postremus vitæ meæ habitus hunc ignem spiraret!*

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

*DEUS  
colend<sup>9</sup>  
timen-  
dus &  
aman-  
dus.*

*Exigit Deus timeri ut Dominus, honorari ut Pater, ut sponsus amari. Quid in his prestat, quid eminet? nempe Amor: absque hoc & timor penam habet, & honor non habet gratiam.*



21. Octobris. 12. Cal. Novemb.

*Fl. añ.  
1135.*

*BALANE Monache ex Claravalle  
in Hispanias ad construendam  
Araucam*